In nomine Domini anno à Nativitate eiusdem
Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Indictione
decima die Sabbati quinta Mensis Octobris in mane.

Cum in visitatione Ecclesiæ Parochialis Sancti Mar
tini de Calolzio facta per Ill.mum et R.mum Cardinalem
Borromeum Mediolanensem Archiepiscopum, ac
locorum, et Ecclesiarum dictæ Parochiali Ecclesiæ
subiectarum ex parte vicinantiæ loci de Somasca
membri dictæ Parochialis Ecclesiæ expositum fuerit
præfato Ill.mo Cardinali quod ipsi homines, et eorum
animæ maximum patiuntur detrimentum, tum ob dist
antiam dicti eorum loci à dicta parochiali Ecclesia,
tum etiam ob arduum, et montuosum iter, nec non et
ob maximam inundationem fluminis inter dictum locum
Calolzij, et locum Somascæ decurrentis quod sæpe impe
dit accessum ab uno loco ad alium, et quod propterea
homines ipsi cupiebant dismembrationem, et separationem
eorum Ecclesiæ Sancti Bartholomei à dicta Parochiali Eccle
sia Sancti Martini de Calolzio fieri cum facultate
ipsis hominibus attributa constituendi, et deputandi posse
in dicto loco de Somasca rectorem parochialem curatum
ab ipso tamen Ill.mo et R.mo Cardinali approbandum
et confirmandum qui curam, et alia ad parochialem
Ecclesiam, et animarum salutem pertinentia exerceat ob
tolerantque pro substentatione dicti Rectoris loco cum